Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur.
Wien-Leipzig, 1899 Seite V
Quelle:
Copyright:

PRAEFATIO.

Accessimus ad edendum hunc librorum manu scriptorum catalogum aucti munificentia Abbatis meritissimi, cuius et praesentium monasterii rerum, ut sint florentissimae, et praeteritorum temporum reliquiarum, ut conserventur et illustrentur, summa est cura.

Certe in cuiusvis monasterii pretiosissimis antiquitatis reliquiis habenda est copia librorum a maioribus relictorum, quibus ipsa antiquitas vivere ad posteros pergat. Quae superioribus saeculis monachi ad cultum atque humanitatem profecerunt, in bibliotheca quasi in speculo conspiciuntur, licet multa labentibus annis damna evenerint, ut quae profecta sunt, non integre speculo reddantur.

Quod etiam huius monasterii fata testantur. Permulta, quae praeterita saecula dederunt, temporum iniquitate periere; desiderantur multa, quorum fama solum ad nostram memoriam pervenit.

Quae fuerunt a. 1410 et in utraque Turcarum oppugnatione incendia, etiam libris monasterii nostri damnosa fuerunt.[1]) Praeterea dubium vix est, quin a. 1418 Scoti relinquentes

[1]) Hauswirth, Abriss einer Geschichte der Benedictiner-Abtei U. L. F. zu den Schotten in Wien, Wien 1858, 25, 56, 113.